

ISAACI
CASAVBONI
EPISTOLÆ,

Editio secunda Lxxxii. epistolis au-
ctior, & juxta seriem temporum digesta.

curante

JOHANNE GEORGIO GRÆVIO.



*D. Joseph
Quintana*




Cum Privilegio Duc. Brunsv. & Luneb.

MAGDEBURGI & HELMSTÄDI, Sumptibus CHRISTIANI
GERLACHI & SIMONIS BECKENSTEINI.

BAVNSVIGÆ excudit ANDREAS DVNCKERVS

M. DC. LVI.




VIRO AMPLISSIMO ET SYMMO

THOMÆ REINESIO

Principis Altenburgensis Archiatro,
eiusdemque civitatis Consuli.



Pistolas Isaaci Casauboni, ingenio-
rum principis, nova non levis incre-
menti accessione auctiores tibi offe-
ro, Amplissime Reinesi. Causæ cur
tuo potissimum nomine proscripse-
rim plurimæ mihi æquissimæq; fue-
runt. Quum publicas in consilium
adhiberem, nemo hic tibi præferendus fuit. Sive enim gra-
vem epistolarum festivitatem respiciamus, ecquis melius
de illa existimare potest? Sive ad auctoris dignitatem con-
vertemur, nonne tu vindictam ejus, si qui insulsi aut male-
voli detrectatores oppugnare audeant, meritissimo susci-
pere & potes & debes? Ego equidem persuasissimum ha-
beo, sanctissimos maximi viri manes, si quis manium sen-
sus est, tibi maximopere gratulari, hanc provinciam tibi
præcipue mandatam esse, in quo quasi imaginem sui su-
perstitam contemplantur. Nam tu non tam vestigia tanti
viri premis, quod imputare possunt, quibus hoc Deorum



ISAACI CASAVBONE

EPISTOLÆ.

EPISTOLA I.

THEODORO CANTERO.



Vm nuper significasset mihi Comeli-
 nus noster egisse te, vir ornatissime se-
 cum, ut salutem mihi tuis verbis nun-
 ciaret: constitueram literas illi ad te da-
 re. Sed dum ille discessum parat, ecce
 repentina calamitate, ceu fluctu decu-
 mano aliquo, ita totus obruor, ut om-
 nem continuo & scribendi & aliud
 quidvis agendi curam omitterem. Sic
 factum est, ut ille ad vos sine meis lite-
 teris rediret: ac nunc quoque, quo minus pluribus ad te scribam,
 idem me casus tristissimus impedit. Quod si quando ad musarum
 studia quasi postliminio rediero, ac meas literas tibi non ingratas
 esse intellexero, efficiam profecto, ut earum frequentia, & quan-
 ti ego te faciam, & quanto studio tuam mihi putem ambiendam
 amicitiam; faeile intelligas. Interea sic tibi velim persuadeas; eum
 esse te quem ego jam pridem, & propter fratris tui *μακαρις* me-
 moriam, & propter insignem tuam virtutem, ac præclaram in
 omni eruditionis genere doctrinam; (quæ mihi partim ex multo-
 rum, qui te probe norunt, sermonibus, partim ex tuis eruditissi-
 mis scriptis nota sunt) unice colam atque observem. Huc si ac-
 cesserit, quod equidem (quæ tua est humanitas) non despero, ut
tume

Ἐπὶ πᾶσι. Vale & me ama. Bretonerix. iv. Kal. Nov. cix id cvi.

EPISTOLA CCCCLXXII.

EIDEM

INvitus feci, quod te in salutato itinere me accinxi: sed adivi ipse ad te pridie quam proficiscerer, nec domi offendi. Quod præsens non potui, per epistolam facio, teq; oro, ut ad illustrissimum herodem scribas de profectioe mea adco subita, ut ne ad ipsum quidem literas dare potuerim, ut optabam. Scripsi vero nuper sub ipsam meam profectioem in aulam, quod etiam ut ipsi significes velim: peto etiam à te, ut cum vacabit, meam & meos ὁδῶν πάρεργον salutes, filiumque ad studia literarum tuis verbis accendas: quo mihi nihil optatius possit contingere, Ego dabo operam, ut quam primum ad libros revertar: quibuscum ut in gratiam redeam, durum mihi certamen propositum video. Μίγας γὰρ κίνδυνον ἔκβαρβαρωθήσεσθαι με ἐν τῇ ὁδῶ, τοῦτ' ἕκαστον τῶν πολέμων τῆς καλῆς συναδίας ταύτης. Ἦγε ἐξ ἀνδρῶν σύγκειται ἐγκωμιαστῶν τῆς λαϊολιπικῆς φρασεῖας τῆς ἐμοὶ περὶ φιλεστέας, τῆς ἠπιωτάτης, τῆς πάντα τὰ καλὰ σεβομένης. En! quibus oblectamentis nunc fruar. Sed Deus aderit, qui te servet. Vale & me ama, Bretonerix. xiii. Kal. Decemb. cix id cvi.

EPISTOLA CCCCLXXIII.

N. N.

Non teram frustra tempus afferendis excusationibus, cur tamdiu nullas ad te literas dederim: non quia desint quæ vere causari possim, & quæ satisfacere tibi posse confidam. sed profectio silentii mei πρώτον καὶ ἀληθινόν αἴτιον fuit quod agebat Plato, cum dicebat οὐδὲν ζῶν λυπέμενον αἰδεῖν. nam quæ & quam gravis luctus causa mox a tuo discessu, iis omnibus qui bonarum in republica sunt partium, præcipue autem mihi, fuerit oblata, non clam te est. scellit enim nos, ὃ μὴ ἄφελλε, γενέσθαι, vana spes quam ambo conceperamus de salute viri optimi, sapientissimi, probissimi, & jam

τεισμα χειροτάτη D. Calignonis. Perculit me, fateor, hic casus ita, ut acerbioem mihi nuntium ad aures accidisse a multis annis non meminerim. Pars solatii fuisset, si ægrotanti adesse, & gravissimis